UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm

Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660

S. Stephanus Episc. 7. Septembris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42032

Visual Library

afflígit miſeriſque modis diſcruciat. Sed obſuiſ provocaſſe ELEUTHERIUM. Neque enim hic prius cum ſuis pugnare precibus deſiit, quàm penitus ſtatione non ſuâ orcum pepuliſſet. Nunc ſimiles pugnas cur non ſpectamus? ánne quos dæmon timeat, ELEUTHERII, an quos agitet, pueri deſunt? *Ex Graſio.*

Quoties honor nobis nolentibus ingeritur, neceſſarium eſt ut in pavimento cordis ſub diſtricto diſciplinæ pede càlcetur, & velut venenatus ſerpens in ipſo ſuggeſtionis capite ictum ſentiat, ne in extremo bonæ operationis calcaneum movere præſumat. S. Petr. Damian.

S. STEPHANUS EPISC. *7. Septembris.*

ASpera & inculta terrarum habitare D. Brunonem ajunt. Viridaria rectiùs dicerent, quæ tam nobiles nobis floſculos ſubmittunt. Atque hem tibi ex his STEPHANUM Lugduni Galliarum nobili familiâ ſatum! Hic vitæ reliquæ in ipſis cunis bullaque præludens, quem diem patienti Christo dicamus, materni lactis abſtinentiâ ſanctum habuit. Amorem ſuum Chriſtum ſub pane latentem quoties contemplatus fuit, putaſſes æſtu abſumendú, niſi lacrimis, quibus diffluebat, hunc temperaſſet; dixiſſes Crucifixo immortuum, niſi vitam ſuſpiria prodidiſſent; denique exiſtimaſſes cælo precabundum intereſſe, niſi hoc deſcendere ad STEPHANUM vidiſſes, Angelo miſſo. Iam tempeſtates fugatas, deſperabundos cælo, ægros ſanitati, mortuos vitæ redditos taceo. Unum idque utile juventæ, quod Pontifex jam Dienſis edidit, facinus narrabo. Dixerat graviter in omnia vitia, illud præſertim, quo feſtos Divorú dies aleis, choreis & id genus ludicris vulgus amat profanare.

Cùm

Cùm aures necquicquam diu pulſaſſet, dæmoni denique malo, qui ad eas nugas impellere animas adſolet, pro concione imperavit, poſitâ larvâ palàm ſeſe oſtenderet. Enimverò paruit tam horribilis, ut jam magiſtri ſui puderet in ludo diſcipulos, facileque cum illo etiam hunc damnarent. Sed, ô Superi, invenit hodie iterùm diſcipulos peſſimus Doctor. Iuvat chartas minimè doctâ pictas manu crepare. Iuvat aleam (vel ſalutis) jacere; juvat terrâ plaudere, & ne ſerò pereamus, ad orcum non jam imus; currimus, ſaltamus. *Ex Surio.*

Quod Sirenes fuiſſe finguntur, id verè ſunt illecebræ cupiditatum & blandimenta vitiorum: habent enim in ſpecie lenocinium, in guſtu venenum, quarum uſus in crimine, pretium in morte numeratur, S. Paulin. cap. 35.

NATIV. B. M. V. *8. Septemb.*

POtuit denique poſt longiſſimæ noctis tenebras ſolem hoc die tellus ſperare, quando tot votis jam olim exoptatam naſci *Auroram* vidit, MARIAM inquam, quæ Ioachimo atque Annâ prognata lucem primò vidit dicam? an videndam orbi propinavit hodie. Certè feſtum agere hunc diem multis jam retrò ſeculis Chriſtianus orbis inſtituit, idque cælo auctore. Nam ferum Anachoreten hâc ipsâ luce quotannis audire cæleſtes illos Amphiones ſolitaſſe, qui lætiſſimis modulis omnem latè aërem exhilararent; ſed & Paulum quendam annis permultis ſub eam noctem, quæ diem *Virginis* natalem præit, vidiſſe ſidus ingens cælo ſe demittere, & feſtivis ignibus ædem Lauretanam exornare: utrumque porrò Angelis doctoribus didiciſſe, id ob *Cunarum virginearum* memoriam Superos factitare. Echo itaque ſolùm eſt